

dicetur inuentum primū. sinum minoris declinationis. s. 31210. duco in totū, productū di-
 uido in sinum cōplementi primi inuenti. s. 89192. & diuido pductū in totū, quotiens pdu-
 cit 34991. arcus eius est 20. gra. 29. mi. quo subtracto à maiori declinatiōe stellarū, scilicet
 34. gra. 19. mi. remanent 13. gra. 50. mi. inuentū secundū. Porro sinum cōplementi huius
 secundi inuenti 97099. duco in sinum cōplementi primi inuenti. s. 89192. quotientē diui-
 do in totum, est autē quotiens 86604. arcus ipsius est 60. gra. cōplementū uero 30. gra. dis-
 stantia illa duarū stellarū. Iam quoq; duco sinum primi inuenti 45211. in totū, & diuido in
 sinum distantiae, quotiens est 90422. arcus illius 64. gr. 44. mi. inuentū tertium. Postremo
 duco & sinum cōplementi maioris declinationis 82593. in sinū tertij inuenti 90434. pdu-
 ctum diuido in totū, & quotiens erit 74692. arcus eius 48. gra. 20. mi. altitudo ista poli nō
 sine magna industria ad locum intronizationis quaesita & inuenta.

PRONVNCIATVM LXXXIX.

Punctum istud egypticæ cum quo stella seu punctum quoduis coeli medi-
 um tangit, perscrutari.

Ex superiori pronunciato quære ascensionē rectā stellæ, deinde per 8. pronunc. quære
 gradū siue punctū egypticæ, qui ascendit in sphaera recta unā cum gradu æquatoris siue
 ascensione recta stellæ, & inuenies punctū hoc modo. Duc sinum cōplementi ascensionis
 rectæ in sinū maximæ declinationis, productū diuido in sinū totum, & arcū quotientis sub-
 trahe de 90. sinus residui deinceps erit diuisor. Mox ubi sinum ascensionis recte duxeris in
 totum, & productū in ipsum diuiseris diuisorē, arcus quotientis ostendet arcū egypticæ,
 cuius extremitas mediat cœlum unā cum stella, pposita. Sin autē ascensio recta maior fue-
 rit q̄ 90. operare cum cōplemento eius, & arcum inuentū computa à principio ☍ contra
 ordinē signorū. Et si ascensio etiam si amplior fuerit q̄ 180. tunc arcū ipsum supputa à prin-
 cipio ☍ scdm seriē signorū, sed si ascensio illa maior fuerit q̄ 270. numera arcum inuentū à
 principio ♀ contra signorū ordinē. Exemplū hoc cōsidera. Assume iteꝛ quartā stellā Agi-
 tatoris, quæ sub ipsam horā intronisationis ferè cum ☉ in uno circulo positionis extitit,
 ascensio eius recta quā ex præcedentibus inueni, est 80. gra. 25. mi. Cōplementum eius 9.
 gra. 35. mi. sinum ipsius. s. 16648. duco in sinum maximæ declinationis, pductum diuido
 in totum, quotiens est 6639, arcus illius 3. gr. 49. mi. sinus autē cōplementi 99778. est ipse
 diuisor, si iam duxero sinum ascensionis rectæ 80. gra. 25. mi. s. 98604. in totum, & diuise-
 ro in diuisorē, quotiens exhibebit mihi 98823. cuius arcus est 81. gra. 12. mi. eum si suppu-
 tem à principio ♀, finietur in 21. gra. 12. mi. ♀, cum quo etiā stella ista mediū attigit cœli.

PRONVNCIATVM XC.

Amplitudinem ortiuam & occiduam stellarum fixarum & erraticarum
 adinuenire.

Primum omniū considera hic an declinatio stellæ, cuius amplitudinē scire cupis, mi-
 nor sit uel maior cōplemento eleuationis poli, cui si fuerit æqualis, scias eam stellā nec ori-
 ri neq; occidere, sed ad momentū temporis horizontē leuiter tm tangere: sed si illa maior
 extiterit, stella ista nunq; sub horizontē descendit, ueruntamē si minor fuerit, tunc demum
 stella quolibet die naturali occidit & oritur, quæcunq; ergo horizontē nō attingit, nec or-
 tiuam neq; occiduā habet amplitudinē, sicut in hoc exemplo conspicias, superius iam tra-
 ctavi stellam quartā Agitatoris, q̄ ea sub horā intronisationis cum Sole in uno penè semī
 circulo positionis fuerit, & inueni declinationē ipsius ex 85. & 86. pronūc. 43. gra. 15. mi.
 quia ergo locus intronisationis factæ in latitudine habet tm 48. gr. 20. mi. cōplementū ei9
 est 41. gra. 40. mi. ecce iam quia declinatio stellæ uno gradu 35. mi. maior est, horizontē
 attingere nō potest, sed Augustæ super horizontē semper apparet. Quæcunq; autē stella
 declinationē habet minorē, eius amplitudinē sic quæres. Declinationem stellæ quære per
 85. uel 86. sinum eius duc in totū, productū diuido in sinum cōplementi altitudinis poli, si
 cōplementū fuerit declinatione maius, si nō, planè cōtrario modo operare, & arcus quoti-
 entis dabit amplitudinē stellæ, atqui ut declinationes stellarū facilius inquiras, ecce tibi p-
 pono gradū Mercurij, in quo fuit ipsa hora intronisationis, puta in 10. gra. 12. mi. ♀, habu-
 itq; lati